

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Theodor Oeseden von Johann Schultz

Disputatio Iuridica De Testamentis


Rostochi[i]: Pedanus, 1622

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730897605>

Druck Freier  Zugang



R. v. Oeserden (Joh. Schulte) / best.
R. U. m 1622.



55

Disputatio Juridica DE TESTAMENTIS

Quam

Adspirante Divini Numinis gratia
Consensu Magnifica, Nobilis & Amplissima
Facultatis Juridicae Academia Rostochiensis

SUB PRÆSIDIO

DN THEODORI ab OESEDEN
Flensburgensis.

Defendendam suscipiet
JOHANN SCHULTE /
Eq. Brem.

ad diem Marty.



ROSTOCHI
Typis IOACHIMI PEDANI, Anno 1622.





DE

TESTAMENTIS.

THESIS I.

 **I**hil est, dicit Constantinus Imperator, quod hominibus magis debetur, quam ut supremæ voluntatis liber sit stylus, & licitum quod iterum non reddit arbitrium leg. 1 C. de SS. Eccles. Hinc Iustinianus in Novell. 22. c. 2. omnes testamentarias dispositiones confirmat, sive à viro sive muliere factæ sint. His verbis: *Disponat unusquisque super suis ut dignum est, & sit lex ejus voluntas: sicut & antiquissima nobis lex & prima penè Reipubl. Romanorum disponentis ait (dicitur autem duodecim tabularum) secundum antiquam & patriam linguam ita dicens UT I LEGASSIT QVISQUE DE RE SUA, ITA JUS ESTO.* & in Novell. 1. §. In Exheredatos 4. ait Una est legis intentio, ut quæ disposita sunt, à morientibus impleantur.

Sed hæc latissima potestas quam Pomponius vocat, sive ut Imperator, licentia testandi pr. Inst. d. Leg. Falcid. coangustata est interpretatione vel legum vel constitutionum l. Verbis 120. ff. de Verb. Sig. Et hoc est, quod

in Nov. l. in pr. §. i. Imperator ait: Dispositiones quæcunq; non repugnant legibus, omnibus modis impleri oportere: Nemo enim facere potest, ne leges in testamento suo locum habeant l. Nemo s. 5. ff. de Legat. l. testamenti si quidem factio non privati sed publici juris eit l. 3. ff. Qui. test. fac. poss. nulli autem permisum eit juri publico derogare l. 13. C. d. Testam.

3. Qui itaq; hereditatem legitimis heredibus ab intestato ad hereditatem venientibus, ut pote parum bene de se meritis, relinquere nolunt, sed horum in locum alios, à quibus beneficia acceperunt, intituere, decreverunt eos oportet secundum leges testamentarias ultimum suum elogium condere.

4. Duobus namq; tantū modis hereditas defertur ex testamento scilicet, & ab intestato. §. fin. Inst. Per quas person. cuiq; acquir. l. 3. §. 2 ff. Pro Socio l. 1. 3. ff. d. Heredit. petit. l. 70. ff. de Acquir. vel amitten. hered. Unde successio alia testamentaria, alia Legitima, dicitur. l. 1. 3 ff. d. Hered. petit. l. 3. §. de illo ff. Pro Socio, Hæc propriè & in specie ita vocatur, illa non impropriè etiam legitima appellatur l. Lege 130. ff. d. V. S. & ibidem Alciatus & Gad. deus n. 3. Donell. 9. Com. 1.

5. Quibus non annumeramus conventiones & pacta: Pactis siquidem & conventionibus hereditatem dari non posse liquido apparet ex leg. 5. C. d. Pact. convention. l. 15. 30. C. d. Pact. l. 4. C. de Inutilibus Stipul. l. o. d. Verb. Obl. l. 3. C. d. Collat. l. 34. C. d. Transact. Vid. Barchold. d. Pactis. c. 5. Forster. d. Pact. 6.

6. Neq; hoc de simplici tantum, sed & de reciproco pacto verum esse putamus: siquidem nec reciprocum sive mutua successonis pactum ulla habet vires: cum generalis sit juris decisio, Pactis hereditatem dari non posse,
ab ea

ab ea nullibi mutuum sive reciprocum successionis pa-
ctum excipitur, imo si similitudinem excipiamus disertè inclu-
ditur in l. 19. C. de Pact. Cui accedit quod ratio decisionis,
quæ ex voto caprandæ mortis dependet, non minus in
reciproco, quam simplici successionis pacto, locum habet,
ut rectè potius alios concludit Fachin. s. Contr. 86. Sed usu
aliud receptum esse docent Mynsing. 2. Obs. 33. Gail. 2.
obs. 126.

7. Eodem modo ne quidem inter Principes Co-
mites & alias illustriores personas pacta de succedendo
secundum jura nostra substitunt. Sed cum superior ca-
piandæ alienæ mortis suspicio in illustres personas cadere
non presumatur, ideo moribus nostris Germaniæ pacta
hujusmodi inter Principes, Comites, Barones, quin & in-
ter nobiles, in casu deficientium liberorum & agnatorum
de mutua successione, usu recepta esse videmus. Cujus
rei illustre exemplum habemus in pacto inter Hassiæ
Principes & Duces Saxoniarum inito, cuius vigore familia
unius alteri, si sine masculis decebat, succedet. Ubitamen
notandum, opus esse confirmatione superioris si de Feu-
do ejusq; successione agatur prout Gail. 2. Obs. 127. rectè
monet. Vid. etiam Theodor. Reinke in tract. d. Regimine
Seculari & Ecclesiastico lib. 1. Class. 4. cap. 18.

8. Utrum autem hereditas testamento relictâ heredi
instituto debeatur nec ne constitare nobis non potest, nisi
prius constiterit quæ ut testamentum substitut, requiran-
tur. Ex nullo enim vel imperfecto testamento hereditas
non debetur. Hoc ut rectius percipiatur, ordine de his hac
vice agemus. 1. Quid & quomodo sit testamentum. 2.
Quis testari possint vel non. 3. De modo & forma testan-
di. 4. Quomodo testamentum legitimè factum, iterum in-
firmetur.

A 3 9 Ante-

9. Antequam ad definitionem accedamus, quæ rere
hic placet de origine testamentorum. Alij testamen-
ta adscribunt Iuri Gentium secuti Theophilum in Tit. 2.
lib. 1. Alij iuri Civili, quorum rationes in utramq; partem
concessit Viglius in Com. ad Tit. Inst. d. Test. ord Cujacius
ad princ. tit. ff. qui test. fac. poss. distinguit inter testamentum
ipsum, & testamenti factionem: ipsum testamentum
dicit esse juris civilis, testamenti autem factionem dicit esse
juris Gentium. Menoch. Consil. 20 n. 2. & alij volunt testa-
mentum quoad originem & substantiam esse juris Gen-
tium, quoad formam vero esse juris civilis. Goeddeus vero
in comment. d. Verb. Obl. c. 2. n. 22. Rittershus. ad pri. Inst.
b. t. Forster. in tract. Instit. disp. 12. th. 3. testamentum etiam
ratione originis esse juris civilis statuum: quorum senten-
tiam defendemus. Dis. e Arum. Exercit. 7. th. 3. & Dis. 17.
ff. th. 1. Gilken. ad l. 1. C. d. Hered. Instit.

10. Quid sit testamentum, ex definitione rei ap-
paret, quæ traditur in l. 1. ff. Qui. test. fac. poss. ubi I EST A-
MENTUM definitur voluntatis nostræ iusta sententia de
eo quod quis post mortem suam fieri velit. Utum autem
definition hæc perfecta sit, varie disputant interpres ut
videre licet apud Duaren. ad tit. ff. Quis test. fac. poss. c. 2.
Vigilium b. n. 29. Donell. 6. Com. 4. Dd. ad tit. Inst. d. Test.
ordin.

11. Generalem & perfectam esse hanc definitio-
nem statuimus. Generalis quia omni testamento com-
petit tam publico quam privato, solenni & non solenni,
scripto & non scriptivo. Perfecta, quia omnibus bona
definitionis partibus absolvitur; In qua generis loco po-
nitur sententia, quod verbum latè pater; non enim te-
statoris solum, sed etiam legislatoris & SCII sententia no-
minatur l. ex sententia 29. ff. de Test. tut. Nec simpliciter
senten-

Definitio
testamenti.

Sententia dicitur, sed additur voluntatis, quia sine voluntate non est testamentum. Voluntas autem hinc requiriatur libera, non coacta, non captatoria, non vitisci vel novercalibus delinimentis, instigationibusve corrupta, non dolo, altitia, fraudibus, aliave imputatione extorta, l. 4. ff. d. in offic. test. l. fin. C. si quis aliq. test. prohib. l. 1. C. d. SS. Eccles. l. Captatorias 10. ff. de Hered. inst. Hartm. pract. obs. 38. obs. 9. Gail. 2. obs. 117. Afflit. decis. 69.

12. Hic ingens se offert quæstio; Utrum testamentum metu factum ipso jure nullum sit, an vero subsistat? quæstionis utilitas in eo versatur, si testamentum jure ipso nullum, tum nihil acquiritur ei qui testatorem coëgit, consequenter fiscus ei nihil auferre potest, & hereditas legitimis heredibus ab intestato venientibus relinquenda erit; quod Vasquius de success. creat. lib. 2. §. 17. requisito 22. n. 4. Jasonem secutus defendit. Contra si testamentum valet, sequitur hereditatem ei qui testatorem coëgit, acquiri à quo tanquam indigno eam fiscus auferet. Et per consequens excludantur legitimi heredes. Cardo itaq; hujus disputationis in eo consistit, Utrum hereditas, quæ apud eum, qui testatorem coëgit, manere non potest, ad fiscum vel ad legitimos heredes pertineat? Testamentū subsistere & heredi scripto tanquam indigno à fisco hereditatem auferri putamus, secuti autoritatem Bart. in l. fin. infra. si quis aliquem test. prohib. Duarenii ad Rubr. 2. part. Cujac. in paratit. C. eod. idz. per l. 1. in pr. & fin. l. 2. ff. b. leg. 2. C. eod. Fac. l. 23. C. de In offic. test. Nov. 115. §. 3. c. 9. Cum eam jus publicum violet, qui admittit liberam testandi voluntatem l. 3. d. Test. merito quoq; poena ejus publica esse debet, & delinquentis jus omne, non in privatorum agoatorum utilitatem, sed in publicum converti debet, ne unius poena sit alterius præmium l. 15. ff. de SC 10 Sylla-

Syllianio l. 14. §. fin. Quod met. caus. Wesenbecc. in Paratit.
ff. Si quis aliq. test. prohib. vel coēg. n. 2. Et quamvis hæc
poena non satis sit expressa de eo, qui testari aliquem coē-
git, tamen idem de utroq; propter Rubri. ff. & C. d. t. &
l. i. eod. & rationis similitudinem receptam esse putamus
cum Cujacio in Paratit. ff. & C. Sichardo in Rubr. C. eod. n. 1.
& seqq. Dauth. d. Test. n. 20. pag. 21. Applicatur verò fisco
pars tantum delinquentis: Quia unius factum cogentis
cæteris insolentibus personis nocere non debet l. 2 ff. si quis
aliq. test. prob. argumento l. fin. d. SCto Syllano. Duaren. ad
Rubr. ff. si quis aliq. test. prohib. &c. Cujacius d. l. Menochius
d. Arb. Judic. quest. 4. casu 395. & seqq. Dissentit Iason. &
Vasq. d. Success. creat. lib. 2. §. 17. requis 22. n. 4. qui ejus-
modi testamentum nullum esse putant, quorum funda-
menta diluit Ioh. Dauth loc. sup. cit. pag. 22. Unde legatum
quod restituendum est fiduci commissario valet l. i. §. 1. ff.
Si quis aliq. test. prohib. &c. Idem est in herede qui iussus
est hereditatem restituere fiduci commissario l. 2. §. 1. d. t.

13. Subiicitur in definitione nostræ voluntatis, quia
testamentum ex propria tantum voluntate profici sci, non
ex alieno arbitrio pendere debet l. Illa institutio 32. ff. d.
Hered. ius. Unde rogari quis non potest ut heredem
aliquem instituat l. Filijfam. 114. §. Ut & quis heredem ff. d.
Legat. l. nec testamentum ad alterius interrogationem
factum valeat, Molina. consil. 34. n. 6. Vid. Menoch. de Prä-
sumpt. par. 2. lib. 4. præsumpt. 8. Zaf. consil. 3. n. 37. vel l. &
Consil. duorum Dd. Lovaniensium quod est 32. inter Consil.
Molinxi, ubi n. 12 ex alleg. consil. Zafij docetur tribus con-
currentibus valere testamentum ad interrogationem alte-
rius factum Vid. & Johan. Dauth. d. Test. n. 23. pag. 25. in
fin. Deinde hoc vocabulo innuere videtur Modestinus
testamenti factionem ad cives Romanos tantum perti-
nere,

nere, quasi diceret testamentum esse nostræ h. e. civium
Romanorum iuxta sententia, argumento princ. Inst. d. Jur.
Nat. Gent. & Civ. §. 2. Id. Pat. Potest. Duaren. ff. Qui test.
fac. poss.

14. Dicitur præterea testamentum iusta sententia
h. e. legitima quæ sit secundum leges juris civilis ff. d. In-
just. rupt. & irrit. fact. test. l. 4. ff. Qui test. fac. poss. quæ
omnino in testamentis observandæ sunt l. 13. C. h. t. l. 55.
d. Legat. i. l. 15. §. 1. ff. ad L. Falc. Etsi enim hominis vo-
luntas in testando sit libera: hæc tamen libertas intra juris
civilis cancellos continetur. Debet itaq; esse iusta 1. ra-
tione Personæ testantis, ut scilicet ipsi competat activa
testamenti factio. 2. Ratione formæ & modi. 3. Ratio-
ne institutionis de quibus infr. Nec subsistit dispositio,
quæ rationi & legibus contrariatur. d. l. Nemo potest s. d.
Legat. i. Unde & veteres j. Ctorum opera in testamentis
ordinandis plerunq; usi sunt, ut apparet ex l. Lucius Ti-
tius 88. §. fin. ff. de Legat. i.

15. Subjiciuntur in definitione de eo, &c. quæ
verba ita accipienda (monente Clarissimo viro Domino
Julio Mejero Præceptore nostro plurimum colendo,)
quasi dictum esset de omni eo, quod post mortem
fieri velit exemplo Inst. quib. mod. toll. obl. l. i. C. d. Jur.
Emphyt. ut ita haec nota distinguatur testamentum ab
omni alia ultima voluntate, in qua non de omni eo, sed
de aliquo tantum quod quis post mortem suam fieri vult,
disponitur, omittunt autem quod præcipuum est, testa-
menti, quem post mortem heredem habere velint.

16. Tandem additur in definitione quod quis
post mortem suam fieri velit: quia testatoris volun-
tas

tas ambulatoria est usq; ad extreum vitæ spiritum l. 4. ff.
d. Leg. adm. l. 32. §. 2. ff. d. Donat. int. vir. & uxor. l. 1. C.
d. SS. Eccles. & testatoris morte demum testamentum
confirmatur, cum viventis nulla hereditas l. Hereditas ff.
d. Reg. Jur. l. ii. ff. d. Hered. vel act. vend. Hinc est quod
Julianus nec libertatem ex testamento vivo testatore, de-
beri affirmat, et si post annum, quo testamentum factum
fuit, liber esse iussus sit, l. Qui duos 18. §. fin. ff. d. Manu-
mis' test. Propterea quoq; appellatur testamentum ultima
voluntas l. fin. §. fin. ff. d. Codicill. l. i. C. d. SS. Eccles. l. 9.
C. Qui test. fac. posse. Postrema voluntas l. s. Qui test. fac.
posse. Ultima dispositio l. 8. C. d. t. Ultimum elogium l. 9.
cod. Postremum judicium l. 4. C. d. t. & qui testamentum
facit, suprema ordinare dicitur l. 25. ff. d. Lib. & posth. Ec-
hæc de definitione rei.

17. Nominis definitio sive logica notatio vel
nominis allusio traditur, in princ. Inst. d. Test. ord. ubi te-
stamentum ex eo appellari dicitur, quod si testatio men-
tis Covarruv. d. tr. d. Testam. part. i. n. 2. Cujac. II. Obser. 37.
Obrech. disp. 19. th. 25. & seqq. Dissentit Gell. lib. 6. c. 12.
Laurent. Valla 6. Eleg. cap. 36. Dissentient alij Reusnerus
& alij putantes illis verbis definitionem rei contineri. Nec
compositum sed simplex vocabulum est, & ex accidenti
sit quod quasi convenit ipsi rei, & simul verbo testatio
mentis. ut Notat Bacchov. in not. ad Treult. th. 1. lit. A.

18. Sequitur divisio. Dividitur a. testamentum in
Inusitatum & Usitatum. Inusitatum vocamus
quod ab usu recessit. quod civile erat vel prætorium. Ju-
re Civili duo testatorum genera recepta fuerant.
Aut enim testabantur veteres calatis comitijs, sive in
concio populi domi scilicet & in otio viventes; aut in
pro-

procinctu, quando prælium inituri coram commilitoni-
bus suis armis accincti & ad pugnam parati, voluntatem
suam ultimam nuncupabant §. i. Inst. d. test. ord. Gell. lib. 15.
Noct. Att. cap. 27. Sed cum neutro horum fœminæ testari
possent, (utpote quæ neq; comitiorum, neq; militiæ jura
habebant) & præterea raro & distantum in anno comitia
initiuerentur: ideo his successit tertium genus per æs &
libram, adhibita mancipatione, h. e. imaginaria vendi-
tione, quinq; testibus & libripende, civibus Romanis pu-
beribus præsentibus, & eo qui familiæ emptor dicebatur.
dict. loc. Quod autem quinq; testes adhibebantur, ejus ra-
tio hæc esse videtur, quia totus Pop. Rōmanus, cujus vi-
rem repræsentabant hi testes, distributus erat in quinq;
classes, ut ex Livio lib. 3. & alijs lois constat. Ex una
quaq; igitur classe unus eligebatur, ita ut in universum
quinq; testes fierent. Unde & classici testes dicebantur
teste Feito. Libripens qui aliquando simpliciter Ponde-
rator ut in l. 2. C. d. Ponderat. lib. 10. aliquando Zygosta-
tes vocatur, à pendendo sive ponderando & à libra di-
ctus fuit. Veteres enim ære gravi & rudi ac non signa-
to utebantur, & non numerabant, sed appendebant pre-
cium. Olim enim in pondere consiltebat precium, quod
hodie sine pecunia numerata esse nequit §. 2. Inst. d. Empt.
& Vendit Porro familiæ emptor erat, emptor bonorum
defuncti sive hereditatis. Id enim significat familiæ ver-
bum, ut quoq; in tit. ff. famil. hercisc. Verum cum illæ
imaginariæ venditiones juris civilis paulatim in usu esse
desinenter, testium tantum præsentia retenta: ideo
Prætor aliam testandi formam introduxit, & pro
quinq; testibus septem adhiberi voluit, duobus scilicet
additis in locum libripendis & familiæ emptoris, eosq;
testamentum obsignare jussit. Alia solennia ut manci-
pationem

pationem non desiderabat. Testium tamen præsentiam & continentem sive unum testamenti contextum ex jure civili retinuit. *§. 1. 2. Inst. d. test. ord. l. 20. §. 8. l. 21. §. ult. ff. Qui test. fac. pos.*

Scriptum
Testamen-
tum quid?

Nuncupa-
tivum quid?

Qui possunt
testamen-
tum facere
vel non?

19. Usitatum testamentum dicitur quo hodie utimur. Hoc est vel solenne vel minus solenne, de quibus infra. Utrumq; est vel scriptum vel nuncupativum. Solenne scriptum testamentum est, quando testator servatis juris solennitatibus, ultimam voluntatem suæ dispositionem in scriptis exponit, & testibus deinde subscribendam & subsignandum offert. *§. 3. Inst. d. Test. ord. l. Hac consultissima et. in- pr. C. d. Testam.* Nuncupativum est, quando testator ultimam suam voluntatem coram septem testibus præsentibus, viva & articulata voce, palam & aperte, ut ab omnibus exaudiri possit, nuncupat. *§. fin. Inst. d. Test. ord.*

20. In omni porro testamento in primis inspici debet, an is qui testatus est, habuerit jus testandi, deinde an rite, & secundum juris regulas testatus sit. *l. 4. ff. Qui fac. test. pos.* Nihil enim juvat testamentum factum esse, nisi factum sit ab eo, cui legibus testamentum facere concessum.

21. Videamus itaq; qui testamentum facere possunt vel non. Possunt autem omnes testari, qui legibus non prohibentur sive masculi sive foeminæ sint, *argumento. l. 43. §. 1. ff. d. Procur. l. 12. ff. d. Judic. l. 1. §. 1. ff. d. Testibus*, quia Lex duodecim tabularum, *qua refertur in autore ad Heren.*

Sect. 23.

Sect. 23. lib. 1 in editione Gothofredi Col. 9. B. Cicero lib. 2.
d. Invent. Col. 145. B. §. 30. Ritterbus. in Com. ad leges 12.
Tabularum. Clas. 3. cap. 17. pag. 99. generalibus verbis con-
cepta est: Ut quisq; legatis rei suæ, ita jus esto. l. 120. d.
verb. sign. Ulp. in fragm. tit. 11. §. testamento. 13.

22. Prohibentur autem testari quidam
natura quidam lege. Natura ob defectum ali-
quem vel animi vel corporis.

23. Ob defectum animi sive judicij
I. Infantes & impuberis §. 1. Inst. Quib. non est
permis. fac. test. l. 5. l. 19. ff. Qui test. fac. poss. l. 4. C. eod.
l. 10. §. 1. d. capt. & postl. revers. l. 1. §. 8. d. Bonor. poss. sec.
tab. l. 1. §. 1. d. tutel. & rat. dist. Fac. l. 1. C. d. fals. mon.
cum similibus. adeo, ut licet ipsi postea puberes facti
decesserint, nihil magis testamenta eorum valeant. d. l. 19.
& d. l. 1. §. 8. nec valet testamentum ab impubere fa-
ctum jure militari l. ult. C. d. Fest. mil. nec valet licet tu-
tore autore testati sint l. 1. §. 1. d. tut. & rat. dist. Nisi for-
te ultimo die anni 14 testamentum fecerint l. 5. ff. qui test.
fac. poss. Minortamen absq; curatoris autoritate recte te-
stabitur. §. cum ergo. Inst. Qui & ex quib. caus. & c. l. 20. §.
ult. ff. d. liberat. legat. Sichardus ad l. 3. n. 7. C. d. in integrō
resit. Mollerus s. semestrium 21.

24. III. Furiosus eo tempore quo furore carri-
pitur §. 2. Inst. Quib. n. est permis. fac. test. l. 1. §. 8. d. bon.
poss. secund. tab. l. 16. §. alt. ff. Qui test. fac. poss. l. 2. d. Inoff.
test. in pr. Inst. eod. tit. Nec valebit ejus testamentum
etiam si postea compos mentis decesserit d. §. 2. & d. l. 1.
§. 8. Integritas enim mentis eo tempore in testatore exi-
gitur quo testamentum facit, licet corpore ægrotet l. 2. ff.

B 3

b. t.

b. t. l. 3. C. eod. Testamentum tamen, quod ante furorem
vel etiam eo tempore, quo furor intermissus erat, ab eo
ritè factum est, valebit d. §. 2. Inst. Quib. non est per fac. test.
l. 20. §. 4. ff. Qui test. fac. poss. l. 9. C. Qui test. fac. poss. De
intermissio furore quod dictum ita accipendum est, si cla-
ra & aperta furoris intervalla fuerint l. 12. d. R. C. l. 18. §.
1. d. Acquir. poss. Unde à Notariis adjici testamentis so-
let hæc clausula; testatorem sana mente testamentum hoc
fecisse.

25. III. Mente capti l. 2. l. 1. l. 17. ff. Qui test.
fac. poss. Fatui tamen testamentum si modo sensum & in-
tellectum habet, valebit, argumeneo l. 4. C. Quis test. fac.
poss. Hic moverur quæstio: Si furiosus vel mente captus
tam rite & perfecte testamentum fecisset, ut vir sapiens &
prudens melius voluntatem declarare non posset, in eoq;
bona filii suis vel bene meritis "de se amicis reliquisset".
Utrum hæc ejus voluntas subsistat nec ne? Responde-
mus. Si certò de furore conitar, testamentum non valere
per fundamenta supra citata. Certum enim jus habemus,
furiosi testamentum non valere d. §. 2. Inst. Quib. non est
promis. fac. testament. Dubium movere poterat quod à
Valerio Max. lib. 7. cap. 8. de Tuditani & Æbuliæ testa-
mentis affertur.

26. IV. Prodigj, Quibus bonis interdictum est
§. 2. Inst. Quib. non est perm. fac. test. Quia & hi quid te-
stamentum sit, quidvè in eo requiratur non intelligunt,
aut minus recte intelligunt l. 40. d. R. J. Sed hic de prodi-
go quærere libet: an is qui facto ipso, dilapidando &
dissipando bona sua prodigum se declarat, pro prodigo
habendus sit, an verò magistratus decretum exspectan-
dum? Donell. ad l. 6. d. verb. obl. & Bocerus class. disp. 15.
th. 25.

ib. 25. claf. 2. dif. 15. tb. 12. cl. 6. disp. 4. tb. 44. & intract.
d. investit. feud. cap. 3. n. 33. & seqq. Putant prodigo ipso
jure bonis interdicti, si notorie & manifeste sit prodigus
per l. ls cui. ff. de verb. obl. l. mutum s. §. 1. ff. d. Acq. vel
amit. hered. Alioqui si dubium fuerit, prodigus sit revera
nec ne, magistratum inquirere in ejus mores posse, & si
talem ipsum invenerit, bonorum administratione illi in-
terdicere l. Julianus 10. in pr. l. pen. §. 1. ff. d. Cur. furio.
Jul. Paul. lib. 3. sentent. t. 4. d. Test. §. Moribus. Dissentit
Goedeus in tract. d. contr. & com. stipul. cap. 7. concl. 10.
n. 134. usq; ad finem, qui utroq; casu decretum & interdi-
ctum magistratus requirit. Si verò prodigus antequam
ei per magistratum bonorum administratio interdicta-
fuit, testamentum fecerit, hoc valere putant Dd. commu-
niter. per §. 2. Inst. Quib. non est permis. &c. & d. l. 18. ff.
Qui test. fac. poss. Quid v. dicendum si magistratus alicui
tanquam prodigo bonis interdicat, cum tamen prodigus
non esset, sed pro modo facultatum suarum sumptus face-
ret, an testamentum facere possit, & quod fecit ratum
firmumq; sit queritur. Resp. Si manifeste constat cum
prodigum non esse, sed sumptus suis facultatibus non
impares facere, atq; injuste a magistratu ei bonis interdi-
ctum: tunc quia interdictio illa nullius est momenti, testa-
menti facere potest, factumq; ratum erit. Treutl. D. d. Test.
ib. 3. l. D. Hic etiam queritur, si prodigus testamentum
fecerit: & in eo probè posteritati sua consulerit, atq;
deq; eo quid post mortem suam fieri voluit, ut bonum &
diligentem patrem fam. decet disposuerit, utrum hoc va-
leat? Affirmant hoc Viglius & Borcholt ad §. 2. Inst. d.
Test. ord. Sed negativa verior videatur quia prodigus ab-
solutè testamentum facere prohibetur d. §. 2. Exceptio
vero ista: Nisi prudenter disposuerit & bene suis conso-
luerit, nullibi in jure legitur.

27.II.Ob

27. II. Ob defectum corporis testari prohibentur, quorum organa quibus in condendis testamentis alias maximè opus est, destructa sunt. Ideoq; te. stari non possunt. Muti & Surdi naturā ita nati, qui prorsus nihil audiunt vel loqui non possunt, §. 3. Inst. Quib. n. est perm. fac. test. l. 6. §. ult. l. 7. ff. Qui test. fac. poss. l. 10. C. eod. l. 9. §. 1. ff. unde cogn. l. 43 pr. ff. d. Vulg. & pup. subst. Qui verò casu surdi & muti facti sunt, iij si scribere didicerant, sua manu testamentum facere possunt, idq; valebit l. 10. vers. Ubi autem. C. Qui test. fac. poss. Quemadmodum & is, qui surdus est tantum & articula tam vocem habet, testamentum nuncupare potest d. l. 10. vers. si n. vox. Ut & is, qui mutus est tantum, si scribere novit, rectè in scriptis testabitur l. 10. vers. Si verò aures. Fac. lex 30. d. oblig. & act. Atq; ira hodie derogatum est l. 6. §. 1. & l. 7. ff. Qui test. fac. poss. In quibus hoc à Principe impeitrandum erat privilegium surdo & muto, qui scribendi vel loquendi habuit facultatem, excepto tantum milite l. 4. d. Test. mil. Si verò post testamentum titè factum quolibet casu muti vel surdi esse ceperint, ratum nihilominus eorum testamentum manet §. 3. Inst. Quib. n. est prom. fac. test.

28. Consimiliter Cæci testari prohibentur. §. 4. Inst. d. t. quod non ita accipendum quasi planè cæco testari non liceat, sed quod non liceat eo modo quo reliquis nullo virio impeditis. Extat enim de cæci testamento peculiaris constitutio in l. Hac consultissima C. d. Test. quæ etiam approbata est ab Imperatore Maximiliano in comitijs Colonensisibus, de anno 1512. ubi præter septem testes Notarium, vel si Notarij copia non sit, octavum testem adhiberi jubentur, qui cæci testamentum nuncupativum

pativum conscribat & simul cum septem testibus subscript
bat & subsignet §. 4. Inst. Quib. non est perm. fac. test. &
l. 8. C. Qui test. fac. pos. Hic movetur illa quæstio an va-
leat coeci testamentum si ante heredis institutionem le-
gata sint relictæ Neg. Bartolus, Decius, & alij, ad l. 8. C.
Qui test. fac. pos. quorum sententiam receptam esse à ple-
risq; refert Sichardus ad d. l. 8. n. 9. Sed Affirmativa ve-
rior videtur per §. Ante 34. Inst. d. Legat. juncta l. 24. C. d.
Testament. Treutl. d. Testam. th. 3. lit. E. & ibid. alligat. Dd.

29. Lege testari prohibentur, aut ratio-
ne potestatis aut poenæ. Potestatis vel patriæ
vel dominicæ.

30. Ratione patriæ potestatis testari prohi-
bentur filij familias, pr. Inst. Quib. non est perm. fac. test.
Hi enim olim nihil in bonis habebant. Quicquid enim
acquirebant, parentibus acquirebant §. 1. Inst. Per quas
perf. nob. acquir. Unde nec patre quidem consentiente
testari possunt pr. Inst. Quib. non est perm. fac. test. l. 6. ff.
Qui test. fac. pos. Mortis tamen causa donare possunt
patre consentiente l. 25. in fin. d. Donat. mort. causa. Non
etiam legare vel codicillos facere l. 2. d. Leg. 3. l. 3. 6. 8. ff.
d. Codicill. nisi præter parentis consensum adjiciat clausu-
lam, ut valeat in vim mortis causa donationis seu omni
meliori modo Wessenbec. pr. Inst. Quib. n. est permis. &c. n.
s. & 6. Sed postea excepta sunt peculia castrrenia
vel quasi castrrenia, quia hæc bona illis tanquam
proprium patrimonium attributa sunt l. 1. §. nec castrrense
D. d. collat. honor. l. 2. D. d. SC. Maced. & in his bonis fi-
lius fam. habetur pro patrefamilias. Ideoq; de his testari
illis permisum pr. Inst. Quib. non est perm. fac. test. Sed an
testari

C

testari possint de adventitijs in quibus solidam proprietatem ipsi filii habent. Ingens est quaestio. Affirmativa placet Vaudo l. q. i. Wurmsero l. Pract. obseru. 39. Gothofred. ad l. 3; §. 1. C. h. t. Justo Mejero in Colleg. ffrum. ad tit. Qui test. fac. pos. th. 9. Hunnio in Resolut. Tractat. s. quest. 10. lib. 2. Negativa v. placet Donello 6. Com. 6. Vigilio ad pr. Inst. Quib. non est perm. fac. test. Bronch. cent. 3. assert. 21. per l. 11. C. Qui test. fac. poss. §. 1. Inst. Quib. non est perm. fac. testam. Bachovio in not. ad Treutl. diss. d. Testam. th. 2. lit. C. vers. De ijs in quibus. Exercitij gratia pro Affirmativa pugnabimus.

31. Ratione dominicæ potestatis testari problematur Servi l. 16. ff. Qui test. fac. poss. Servi enim cum ipsi sint in dominio nihil habent in bonis de quo testari possunt, & jure Romano pro nullis & mortuis habentur l. 32. l. 209. d. R. J. Testamenti autem factio solis civibus Romanis competit. Quare ne quidem domino permittente testamenta facere possunt. Cum Testamenti factio publici juris sit l. 3. ff. Qui test. fac. poss. Quod privatorum patetis mutari non potest l. 18. ff. d. Pact. Potest quidem dominus gratificari servo, & efficere, ut ultima ejus voluntas impleatur, sed haec ultima voluntas non est testamentum Vid. Duaren. ad tit. D. Qui test. fac. poss. Ulpianus tamen exceptionem refert in §. fin. tit. 20. Inst. d. Testam. in servo publico vel Praetoris, cui pro parte dimidia jus condendi testamentum specialiter & beneficij loco concessum. vid. Hillig. in not. ad Don. lib. 6. c. 5. lit. C. Cui absimilis non est, qui se stupro effeminari passus est; Nam & huic, referente Paulo, non ex maiore parte quam dimidia testamentum condere licet. Cujac. 17. obs. 24. Imp. Leo in Novell. 38. servis Imperatoris plenam administrandarum rerum suarum potestatem fecit, ut & plenam testamenti

menti factionem Hillig. d. loc. Num idem statuendum
de proprijs Germanorum hominibus, quæ runt Interpre-
tes? Neg. nisi contraria consuetudo sit in contrarium.
Zaf. lib. 1. Respons. cap. 3. n. 70. lib. 2. Consil. 19. n. 1. G. add.
de contrah. & committ. stipul. cap. 7. conclus. 6. n. 75. G. ail.
c. 8. de Pignor.

32. Servis æquiparantur Monachi. Hi enim
& sunt Abbatis potestati subjecti, & quicquid acquirunt,
Monasterio adquirunt; excepta Falcidiæ debitæ succes-
sionis, quæ liberis servatur, & excepta dote uxoris & lu-
cro nuptiali, Cujac. ad Nov. 5. c. 5. & 7. propterea intesta-
biles, Anth. ingressi C. de SS. Eccles. Hodie tamen mona-
chus testamentum interliberos facere potest, virili por-
tione monasterio relictæ. Nov. 123. c. 38. Sed testamen-
tum ante ingressum Religionis conditum, an per ingre-
ssum revocetur, quæritur? Neg. Fach. 6. controv. 14. Nov.
76. 123. c. 38. c. quia ingredientibus, c. si qua mulier, s. nunc
autem 19. quest 3. Viglius ad pr. Inst. Quib. mod. test infirm.

33. Capti ab hostibus, quamdiu apud hostes
sunt, (nam interea temporis & ipsi servi hostium fiunt
l. 7. D. de Acquir. rer. dom.) & quæ intestabiles sunt, l. 8. D.
h. t. s. fin. Inst. Quib. non est perm. fac. test. Hostes hic
dicuntur quibus publicè populus Romanus, aut qui po-
pulo Romano bellum decreverunt, l. 24. ff. d. Captiu. &
possl. revers. Si vero testamentum ante captivitatem fe-
cerunt, licet re ipsa videatur iriticum s. 4. Inst. Quib. mod.
test. infirm. fictione tamen iuris valet, jure postliminij, si
redierint; Si vero apud hostes decesserint L. Cornelius
l. 12. ff. Qui test. fac. poss. & ibi Cujac. s. fin. Inst. Quib. non
est perm. fac. test. l. 1. C. di Capt. & postlim. revers. quod re-
stè hodie ad illos porrigitur quia Turcis & Christiani no-
minis

minis hostibus capti sunt Cl. Dn. D. Mejeri ad tit. D. Qui
test. fac. pos. th. 6. n. 2. Aliud est in caput à latronibus l. 13.
b. t. cum liberi maneant, vid. Duar. in Comm. ad tit. Qui
test. fac. pos. & captiis bello' civili inter Christianos, Hillig.
in not. ad Don. c. 5. lit. D. Bocer. in in tr. de Jure pugna lib. 1.
cap. 29. Unde jus postliminiij in hisce bellis locum non ha-
bet. I. si qua s. fin. ff d. Capti & postl. reversi.

34. Obsides, quia quasi servi in hostium potesta-
te sunt, nisi eis permittatur, l. 11. D. Qui test. fac. pos. ubi
Cujac. l. divus 31. D. de Jur. fisci, & nifrusus togæ Roma-
næ eis concessus fuerit, l. 32. D. de Jur. fisc. Cujac. in l. Ob-
sides D. Qui test. fac. fac. pos. Dicuntur verò obsides, qui
publicæ fidei firmandæ causa dantur ab hostibus, ut nisi
qui dederunt sicut promissis, dedantur obsides potestati
eorum quibus dati sunt, Don. 6. Com. 5. Quæritur hic qui-
bus de Obsidibus Ulpiani lex qua refertur in l. 11 ff. Qui
test. fac. pos. intelligenda, utrum de ijs qui Pop. Romano
ab hostibus traditi, vel quos Pop. Romanus hostibus tra-
didit à Cujacius & Hotoman. ad d. l. 11. Alberic. Gentil.
lib. 2. d. Jure belli cap. 19. sententiam Ulpiani accipiunt de
obsidibus datis Pop. Romano, ab hostibus eorum, ut hæc
sit JC mens, quod illi qui Pop. Romano dati sunt obsi-
des, non possint restari, nisi hoc ipsis à Principe permis-
sum sit. At Lopezius Animadver. cap. 18. n. 8. & 9. Inter-
pretatur illam legem, de illis obsidibus quos populus Ro-
manus dedit hostibus suis. Utraq; sententia bona & pro-
babilis ac justam dubitandi rationem habere videtur.
Hun. in Not. ad Treuil. th. 2. lit. G. sed Vid. Bachov. ibid.

35. De statu suo dubitantes vel errantes
l. 14. 15. ff. Qui test. fac. pos. Nam qui de statu suo in cer-
tus est, certam legem testamento dicere non potest. d. l. 14.

36. Pere-

36 Peregrini ulp. in fragm. 20. vers. 14. Gotb. ad
l. i. C. d. Hered. inst. Quia civibus Romanis tantummodo
testamenti factio competit l. i. in pr. ff. ad L. Falc. Pere-
grini autem cives Romani non sunt.

37. Respectu pœnæ , à lege intestabiles
esse iussi sunt I. Damnati ob carnem famosum d.
18. S. ult. b. t. l. s. §. 9. ff. d. Injur. Constit. Novell. Imperij
deß Reichs Peinliche Halsgerichtes Ordnung. c. 110. II. Qui
incestas prohibitasq; nuptias contraxerunt
l. 6. cum auth. seq. C. d. Incest. nupt. Idem in ijs qui con-
tra naturam luxuriantur Dd statuunt.

38. III. Deportati & ij quibus aqua & igni in-
terdictum est l. 8. §. 102. ff. d. t. hi enim jura civitatis non
retinent §. 2. Inst. d. Cap. minut. Quibus annumerentur
Banniti ab Imperio & Camera Imperiali ,
quia & hi amittunt ea quæ sunt Civium Romanorum do-
nec fuerint restituti Ordin. Cam. part. 2. tit. 9. §. 2. Gail. 2.
d. P.P. c. 10. n. 1. & seqq. Petrus Denaisius in jus Cam. c. 49.
Imo deteriori sunt loco quam olim deportati. Quod in-
nuit ipsum nomen Bannire deß heilig Röm: Reichs Bahñ
vnd Strassen vnd damit Wasser vnd Feuer verbieten. Imo ne
fideicommittendi jus habent l. i. § 4. ff. d. Legat. 3. quod
secus est ante sententiam banni declaratoriam Gail. 1. d. P.P.
c. 19. n. 3. lib. 2. c. 3. in pr. & n. 8. neq; idem statuendum in
bannitis inferiorum , hi enim non deportatis , sed ferè re-
legatis comparantur Gail. 2. d. P. P. c. 1. n. 20. & seqq. c. 6.
n. 22. Nun idem de Excommunicatis quod de Depor-
tatis statuendum querunt Dd? Affirmativa sententia pla-
cket in Excommunicatione majori. Hæc enim non solum

C 3

ab

ab usu Sacramentorum sed ab omni etiam fidelium cōversatione ac consortio prorsus separat, ita ut cum fidelibus nullum actum, nullum commercium exercere possit.
Cap. 24. §. Aliquando enim Caus. II. Q. 3. cap. 16. c. 19. cap. 32. 33. d. Caus. II. Q. 3. Aliud dicendum est de Excommunicatis Excommunicatione Minoris. Hęc enim non prorsus à communione & cōversatione fidelium excludit, sed ab usu duntaxat Sacramentorum usq; dum pœnitentiā agant, arcet, cap. 5. d. sent. Excom.

39. IV. Capitali crimine damnati in metallum, ad ferrum, ad bestias l. 8. §. fin. ff. Qui test. fac. pos. l. 25. in pr. d. Accusat, quia & hi cives Romanii esse desinunt l. 2 ff. d. Publ. judic. § 3. Inst. Quib. mod. jus pat. potest solv. Licet hodierno jure servi pœnæ non efficiantur, Nov 22. § illum. neq; bona eorum publicentur, Auth. Bona damnatorum C. de bonis præscriptis atq; ideo rationes prohibitionis cessare videantur. l. 8. § fin. qui test. fac. pos. l. 6. § irritum ff. d. injust. rupt. l. 29. ff. de pæn. Tamen cum d. Auth. damnatis liberam testandi facultatem neutiquam tribuat, sed liberis, & proximis agnatis bona adjudicet, nec lex ulla testamenti factionem permittens hoc casu extat, ideo nec hodie eam damnatis concessam esse dicendum est. Vsq. 3. contr. illust. 69. n. 2. Graff. d. § testament. q. 26. Gail. I. d. P. P. c. 19. n. 8. Dauth. de Test. n. 204. Schneid. in § fin. Inst. Quib. non est term. fac. test. Quanquam de consuetudine contrarium tanquam æquius receptum esse. Jul. Clar. testetur § testamentum q. 21. Pro ut tradit Dn. D. Lindemannus præceptor noster venerandus in Exercitationibus Justinianis ad tit. Quib. non est permis. fac. test. th. ultim. Item damnati ad perpetuos carceres: si quis tamen post condemnationem appell-

appellaverit, & pendente appellations testamentum fecerit, & ita mortuus fuerit, testamentum ejus valebit l. 13. § fin. ff. Qui test. fac. poss. l. 6. § Hi autem ff. d. Injust. rupt. vid. Conrad. Rittershus. in Com. ad Tit. Inst. Quib. non est permis. pag. 243.

40. V. Hæretici & Excommunicati propter Hæresin. l. 4. C. d. Hæretic. & Manichæ. Quod non verum est tantum de condemnatis, verum etiam in ijs, qui ob hæresin accusati sunt, quia pendente judicio liberam rerum suarum administrationem amittunt, & bona eorum ipso jure in commissum cadunt à tempore perpetrati criminis. Gail. 1. d. P. P. c. 19. & c. 13. Sequitur ergo quod testari non possint § s. Inst. d. Hered. quæ ab intest. def. Nov. 134. Dauth. d. Test. n. 242. & seqq. Ubi etiam enumerat ea quæ requiruntur ad hoc ut quis in jure pro Hæretiro habeatur. VI. Apostatæ qui à Christianis. mo ad paganisnum vel judaismum defecerunt l. 2. 3. 4. C. d. Apostat. VII. Manichæi & Donætistæ prohibentur testari l. 4. C. d. Heret. nisi liberos orthodoxos instituant heredes l. 15. 17. § 1. l. 18. 19. pr. C. d. Heret. & Manichæis. VIII. Hæreticorum fautores & receptatores auth. Credenter C. d. t. IX. Usurarij manifesti C. quanquam d. Usur. in 6. confer. C. in omnibus 3. extr. eod.

41. X. Ob Læsæ Majestatis crimen accusati. Hi enim pendente accusatione liberam rerum suarum administrationem amittunt, eorumq; bona fisco affecta sunt. Gail. lib. 1. d. P. P. cap. 19. & 13.

42. Si

42. Si quis praedictarum personarum, quibus testamenti factio vel ex una enumeratarum causarum dengata est, testamentum fecerit, illud inutile manet, euam si postea facultatem condendi testamenti nactus fuerit. l. 19. ff. Qui test. fac. poss. l. 1. § 8. vers. Proinde ff. d. bono. poss. secundabb. pr. Instit. Quib. non est perm. fac. test. vers. Prater hos igitur. l. 29. l. 210. d. R. J. Sed Testamentum quod ab eo conditum est, qui habuit testamenti factionem, licet is posse aliqua ex causa jus testandi amittat, veluti si furiosus, mente captus, mutus, surdus &c. efficiatur, salvum & utile manet § 1. 2. Instit. b. t. l. 1. § 9. ff. d. Bonor. poss. secundabb. l. 6. § 1. l. 18. ff. Qui test. fac. poss. Hic & illud queritur? An Testamentum facere prohibitus, Codicillos facere possit. Neg. per l. 6. § 3. l. 8. § 2. ff. d. Iure Codicill.

43. Sequitur nunc forma & modus testandi,
*Modus te-
standi.* id est certarum rerum observatio ad firmandam testationis fidem, ubi exacta ll. Romanis diligentia requiritur, quod ille testator querebatur apud Scævolam nimiam & miteram diligentiam vocans in l. Lucius 88. § Lucius 17. ff. d. Legat. ¶ Cur autem tam exacta diligentia & nimia subtilitas in testamentis adhibenda sit, docet Justinianus in l. fin. vers. Cum enim C. d. Fideicom. videlicet ne quid falsitatis incurrat vid. etiam Donell. 6. Com. 6. & ibidem Hilliger. in not. lit. B.

44. Hæc forma & solennitas testandi consistit in regulis juris civilis, secundum quas, qui testamenti factionem habent, testari jubentur l. 4. ff. Qui test. fac. poss. l. 14. ff. d. Iur. Codicill. estq; alia publica, alia privata. Publica est, quæ fide publica, qua testamentum munitur, continetur l. 19. in pr. C. d. Test. junct. l. ult. C. d. Rejudicata. Boc. Cl. 3. disp. 2. th. 5.

45. Publi-

45. Publica testamenta sunt duobus modis *l. 19. C.* *Publicum
testamen-
tum.*
d. Test. I. Cum quis ultimam suam voluntatem libello supplici comprehensam Principi offert petens, ut libellum & ultimam hanc voluntatem suam, in scrinia sua recipiat. Quo facto Princeps libellum recipit & in consistorio suo coram omnibus lectum, magistris libellorum in scrinia Principis referendum tradit. *d. l. 19.* quomodo testamentum conditum omnium testamentorum fidem & solennitatem superat, & heres in eo institutus ipso Principe & toto jure, (quod in scrinijs Principis continetur) teste succedit, *ut e&t in d. l. 19.* Nullas alias solennitates testamentarias hic necessarias esse, neq; rescriptum Principis requiri cum *Donell. 6. Com. 6. Obrecht. disp. 19. th. 122.* & seq. putamus. *Mynsing. 6. Obs. 29. Hieron. Scurff. consil. 77. cent. 1.* *II.* Fit testamentum publicum, si testatur ultimum suum elogium aetis ejusdemque judicis insinuet, puta dum coram in judicio ultimam suam voluntatem judici vel palam exponit vel scripto comprehensam offert, & in acta referri petat *d. l. 19. vid ibi Job. Dauth. pag. 417.* Sed an hic testes & quot requirantur, queritur. Statuimus nullos ad solennitatem requiri, sed duos tantum ad probationem, testamentum scilicet coram judice factum esse argumento. *d. l. 19.*

46. Privata testamenti solennitas est, quæ *Privatum.*
testamento fidem tribuit privatam & certas solennitates desiderat, exceptis quibusdam, in quibus aliquid de solennitatibus remissum. *de quib. inf.* Unde testamentum aliud Solenne, aliud minus solenne, & aliud Scriptum, aliud Nuncupativum. Quid si testamentum scriptum & quid nuncupativum propositum fuit supra *th. 19.*

47. Utriusq; testamenti quædam sunt communia,
D quæ

quæ ad omnē testamentum sive per scripturam sive per nuncupationem ordinetur, pertinent; quædam utriusq; speciei propria, quæ vel ad solum testamentum scriptum, vel ad solum testamentum nuncupativum, vel ad solum testamentum cæci pertinent.

48. Ex communibus est I. Testium adhibitio: Sine testibus enim testamentum fieri nequit, & factum invalidum censetur. Excipiendum est testamentum patris inter liberos factum de quo infra.

49. Testes autem non omnes adhiberi possunt, sed illi tantum quos leges idoneos agnoscent, Agnoscent autem omnes qui nos inveniuntur prohibiti. Ex prohibitis primo est foemina. §. Test. 6. Inst. d. Test. ord. l. 20.
Qui non possunt esse testes in testamento. Verum cum foemina in alijs negocijs, & causis criminalibus testis adhiberi possit l. 18. d. Testibus l. 2. d. Accusat. non abs re queritur, cur in testamentis testis esse negqueat? Hujus rei ratio ex jure veteri descendere videtur, quippe cum mulier in testamento quod calatis comitijs, aut per æs & libram, fiebat testis esse non potuerit. teste Gell. lib. 5. cap. 19. Qui accedit, quod facilius mulieri imponi & falsus testator heresve sublitui possit. Nec de Jure Canonico foeminam in testamento recte adhiberi testem putamus, per cap. cum tu frater &c. ibi personis idoneis, &c. seq. ibi legitimis testibus ext. d. Testament. Boc. th. 16. Quod de foemina in genere dictum, idem etiam de hermaphrodito dicendum, si sexus foemininus in eo magis incalescat l. 15. §. 1. ff. d. Testib. argumento l. 20. ff. d. stat. hom. d. Constit. Maximil. d. anno 1512. pag. 98.

50. II. Testis in testamento adhiberi non potest Impubes d. §. Testes autem 6. l. 19. ff. Qui test. fas. posse d. Com.

d. Constit. Maximiliani. Nam hi neq; ea quæ vident, neq; ea quæ audiunt intelligunt. l. 1. C. d. Fals. monet. l. 9. ff. d. Acquir. vel amit. hered. Nec excipimus pubertati proximum, eum lex eum non excipiat.

51. III. Servus testis esse non potest d. §. 6. Inst. d. Test. ord. l. 20. §. 7. ff. Qui test. fac. poss. nisi forte conditi testamenti tempore communis opinione pro libero habitus sit §. 7. Inst. d. t. l. 1. C. d. Testam. & quemadmodum test. ord. Non enim vitiatur testamentum etiamsi postea appareat eum fuisse servum quod contra strictum jus, secundum quod inutile esset tale testamentum ex benignitate seu liberalitate Impri receptum, hoc referri potest l. 3. Barbarius Philippus ff. d. offic. Praet.

52. Quod in jure nostro civili de servis constitutum, idem de Proprijs hominibus (quos in testamento scripto arcet à testimonio) Maximil. Imper. statuit in d. Const. edit. Col. anno 1512. Huc etiam referuntur damna-
ti ad triremes die Galeen Knechte & deportati licet nospiani nominatum prohibeantur; iam en eo ipso satis prohibiti censentur, quod hic postulanter testes Cives Romani l. 21. C. d. Testam. Deportati enim Cives Roma-
ni esse desierunt §. 2. Inst. d. cap. dim. §. cum autem l. Inst.
Quib. mod. jus patr. potest tollitur.

53. IV. Furiosus d. §. 6. Testes 6. nisi dilucida ha-
beat intervalla. Eo enim tempore quo furoris intermis-
sionem habet recte adhibetur.

54. V. Mutus & Surdus d. §. 6. Ille enim quando testamentum aperitur testimonium dicere, & hic nec testatoris testamentum facientis, nec magistratus coram quo testamentum factum aperitur, vocem exaudire

D 2 potest,

potest, adeoq; destituuntur ijs, sine quibus quis officio testis fungi nequit.

55. VI. Et Cæcum prohiberi putamus. Licet enim nullus, quo prohibeatur, textus in jure extet, quia tamen non sufficit testantis vocem testes audire, sed insuper etiam necesse est, ut testatorem coram videant, ne forte alius pro alio substituatur & aliena vox fingatur l. 9. C. d. Testam. Merito quod de Surdo dictum fuit, ad Cæcum quoq; pertinere putabitur argumento d. l. 9.

56. VII. Prohibetur testis in testamento Prodigus cui bonis interdictum est d. s. 6. l. Is cui, 18. ff. Qui test. fac. poss. Quis autem pro prodigo habendus, si necne, de eo actum est supra.

57. VIII. In testimoniis numero adhiberi non possunt, quos leges jubent improbos intestabilisq; esse. Ratio est, quia hi infames sunt. In testibus autem requiritur dignitas, fides, gravitas, boni mores, honesta & inculpata vita l. 2. 3. ff. d. Testibus. Intestabilis est, cuius testimonium non recipitur, vel secundum alios, cui testimonium non datur. l. 26. ff. Qui test. fac. poss.. Talis est qui ob carmen famosum damnatus vel pactus est l. 18. §. 1. ff. d. t. l. 21. in pr. ff. d. Testib. l. 5. §. si quis 9. & seq. ff. d. Injur. l. 4. §. fin. ff. d. his qui not. infam. Item publico iudicio damnati l. 3. §. 5. d. Testib. ut adulterij. l. 14. ff. d. t. An autem lege Julia Repetundarum damnatus testis esse possit, dubium videtur ex diversa lectione l. 20. §. 5. ff. d. Quis test. fac. poss. Florentina editio habet, Eum qui Repetundarum damnatus est, ad testamentum adhiberi posse existimo; Hanc lectionem probat Dionys. Gothof. in Corpore suo Practico in margine ad illam legem. Editio

Editio vero Norica habet Eum qui Repetundaram
damnatus est adhiberi non posse existim. Hanc le-
ctionem probat Cujacius ibidem & Donell. 6. com. 7. &
Dd. commaniter & juvatur l. 13. 15. ff. d. Testibus. Huc etiam
refertur. Calumniator l. 13. ff. d. Testib. Cujus fron-
ti ex lege Remnia imprimebatur litera K, quæ significa-
bat ipsum calumniatum esse Plin. in Paneg. & Cic. pro Rose.
quæ poena hodie sublata est l. 17. C. d. Panis. Hære-
ticus l. 4. & auth. seq. C. d. Hæretic. & Manicheis.

58. IX. Patria Potestas facit, ut Pater in te-
stamento filij, & filius in testamento patris, & fra-
ter in testamento fratris testis esse nequeat §. In testibus 9.
Inst. d. Test. ord. Excipitur hic filius familias Miles qui in-
castris (aliud est si post missionem §. 9. Inst. d. t.) de ca-
strensi peculio testatur. Is enim patrem, in cuius pot-
estate est, testem recte adhibere potest. l. 20. §. 2. ff. Qui test.
fac. poss. Utiq; & Pater & filius fam. item plu-
res qui sunt in tertij alicujus non testantis
vel hæredis potestate in uno testamento
testes adhiberi possunt. §. 8. Inst. d. Test. ord. l. 22.
ff. d. t. Quid vero de filio emancipato dicendum, potest
ne in patris testamento testis esse. Affirmant Vigilius ad
tit. d. Testam. ordin. §. In testibus 9. Donellus 6. Com. 7.
Quod nobis videtur durum. Est enim jure prætorio
instituendus vel ex hæredandus, ut etiam patet ex Nov. 115.
c. 3. Si hæres instituitur, testis esse non poterit, diceret
enim testimonium in propria causa, & hac ratione com-
modi sui causa præsumitur mentiri; sin ex hæredetur,

D 3.

non

nōn potest esse testis , ne incommodi sui causa ueget gesta. Pater tamen & filius familias, item plures qui sunt in tertij alicujus non testatoris vel hæreditis potestate, fieri testes testamento possunt §. 8. Inst. d. t. & l. 22. ff. eod.

59 X. Ex testium numero arcetur is , quem testator ab hostibus redemit, atq; ita de pretio obligatum habet. l. 20. §. 2. ff. d. t.

60. XI. Neq; hæres testis esse potest, neq; is, qui in potestate ejus est, neq; pater qui eum habet in potestate, neq; fratres ejus, qui in ejusdem patris potestate sunt §. 10. Inst. d. t. Secus est in legatarijs & fideicommissarijs , & alijs personis eis conjunctis, hi enim utiliter testes adhiberi possunt §. legatarijs n. Inst. d. t. l. 22. ff. d. t. Ratio diversitatis est, quod legatarij juris successores non sunt: quo ipso Imperator legatarios nihil titulo hæreditatis universalis consequi, sed tantum particulari, adeoq; testimonium non ferre de adjunctis testamenti, sed de ipso testamento & ipsa hæreditis institutione constituit. Ac licet ad legatarium ex testamento , aliquid commodi redundet , favore tamen ultimarum voluntatum & testatorum , quo eo facilius testes, quos adhibere possint, inveniant, singulare hoc circa legatarios receptum fuit, cum illi non præsumantur ob nullum vel exiguum lucrum falsam testimonium dicere, & conscientiam gravare velle. Neq; hoc tantum in testamento scripto, verum etiam nuncupativo locum habere puto, cum Viglio ad §. sed neq; hæres n. 9. Inst. de test. ordin. Bocero Clas. 3. disp. 2. th. 19. per d. §. legatarius autem Inst. de test. ordin. l. 22. §. testibus autem C. eod. l. 20. in pr. ff. qui test. fac. l. 14. ff. de rebus dub. Dissentit Duarenus ad t. t. Qui test. fac. pos. putans hos testes in testamento solum scripto admitti.

mitti. Potest etiam testis esse, qui testamentum scripsit l. 27. ff. qui test. fac. posse. Et qui tutor in eodem testamento datus est l. 20. in pr. eod. Item, qui sermonem testatoris non intelligit, modo sensu percipiat, cui rei adhibitus sit. l. 20. §. 9. eod.

61. Illud in genere de conditione testium observandum, si forte variâ conditione usi sint, & quo tempore testamentum fit, & quo testator moritur, aut etiam intermedio tempore conditionem eorum cum inspici debere cum signarent, ut si tunc tales fuerint, qui adhiberi possent, testamentum valeat, & nihil testamento nocete, si quid postea eis contigerit l. 22. ff. qui test. fac. pos. l. 1. C. eod. Donell. 6. com. 10. Et haec de primo testamentorum communi requisito.

62. Secundum commune testamento-
rum requisitum est, ut testes specialiter sine
rogati ad testamenti factionem l. 21. §. in testamentis ff.
d.t. Rogatos hic accipere debemus, non tantum si ab ini-
tio rogati sint ad testamenti ordinationem, sed etiam si ad
alia causam sint rogati vel collecti, aut fortuitò intervenie-
rint, si tamē ante testimoniū certiorentur ad testamentum
se adhiberi l. 21. §. 2. ff. eod. Consentit constitutio Maxi-
mil. I. Imp. edit. Colon. de anno 1512. pag. 98. in verbis: Oder
auffs wenigs wo si vngeschickter dingē berussen zugegen waren/
das sie darzu ermahnet vnd besprochen werden. Et plerumq; à
Notarijs in instrumentis ad.ici solet. Testibus præsentibus
adhibitis & rogatis testamentum factum esse. Unde &
is, qui ad scribendum testamentum vocatus est, testis esse
potest l. 27. hic. Et illud hic notandum, quod si testes in-
viti adhibeantur & detineantur ibi, ubi testamentum fit,
testamentum illud non valere. l. 20. §. fin. ff. d. t. Dubitari
hic

hic solet, an ab ipso testatore testes sint rogandi, an vero sufficiat id fieri ab alio, præsertim hodie à Notario? sed cum leges indefinite & impersonaliter dicant rogandos esse testes, nec exprimant, à quo rogari debeant, inde recte videtur colligi parum referre, an ab ipso testatore vel alio sint rogati. *Bitz. de test. test. n. 2.*

63. Tertium commune requisitum est in testium numero. Numerus illorum est septenarius; ut enim testamentum jure subsistat, coram septem testibus illud factum sit oportet, *I. 3. I. fin. Inst. de test. ordin. l. 12. l. hac consultissima 21. C. de testam. l. 23. ff. qui test. fac. poss. l. 2. C. de bon. poss. secundum tabulas.* Idem numerus septenarius desideratur etiam in dict. *Constit. Maximil. l. 5. vnd* sollen. In quibus tamen etiam Notarium numerat. Quod singulariter ita constitutum fuit, cum alias in alijs negotijs duo testes sufficient. *l. 12. ff. de testibus.* Ratio, cur tot testes in testamento requirantur, est, ne quid falsitatis incurrat, sed perfectissima veritas reveletur, *ut habetur in l. fin. C. de fideicommiss.* Possunt & plures adhiberi, quam septem *l. 21. in prin. ff. qui test. fac. poss. l. 7. de bon. poss. sec. tab. Paulus lib. 3. recept. sentent. tit. 4. 5.* plures vel secundum alios tit. 5. Superfluum enim prodesse potius quam nocere debet, jure enim nostro superflua non nocent *l. 17. C. de testament.* Quod interdum etiam utile est, ne si qui ex septem testibus deprehensi fuerint ad testimonium inhabiles, testamentum infirmetur. *dict. Constit. Maximil. l. 5. 30.* Die Notarien so zu Testamenten. Sit tamen quis eo loco, ubi septem testes inveniri non possunt, testetur, modis omnibus quinq; testes adhibere debet *l. fin. C. de testament.* Quemadmodum & quinq; sufficient, si quis cum testamentum prius fecisset, postea aliud faciat in eoq; hæredes

hæredes instituat eos, qui ab intestato successuri erant.
l. 21. §. 3. C. d. t. Item si testator suà manu testamentum
scriperit. l. 28. vers. sancimus. C. d. t. Aliud tamen obser-
vatur de Jure Canonico, ubi testamentum coram duobus
testibus & Presbytero factum valere afferitur. cap. 10. ext.
de testam. In testamento reciproco inter conjuges, quod
nostris moribus admodum frequens est, et si uno actu ab-
solutum sit, unaq; charta & membrana descriptum, reve-
ra duplex esse testamentum constat, argt. §. 2. Inst. de pu-
pill. substat. An quatuordecim testes requirantur, dubita-
ri potest. Existimamus 7. testes in reciproco conjugum
testamento sufficere: cum qui in testamento mariti te-
stes sunt, ijdem quoq; in uxoris testamento sint testes: ac
utile quidem, non tamen necessarium videtur, ut, quod
pro cautela tradis solet, Notarius & testes dissentè dicant,
se signare (si scilicet testamentum in scriptis fiat) & sub-
scribere tale testamentum tam mariti, quam uxoris no-
mine, nominando conjuges separatis. Bitz. de testib.
testam. n. 10.

64. IV. Commune requisitum est, ut testes
omnes actu ihi huic sint præsentes, l. 9. l. 12. C.
h. t. Non enim sufficit testamenti tabulas singulis testibus
domum fuisse missas aut testatorem separatim septem
vicinis, quid post mortem suam fieri velit indicasse, sed
requiritur, ut ipsi testatori omnes sint præsentes, eumq;
& audiant & videant. d. l. 9. Sitamen casus aliquis inci-
derit, quo testem subduci oportet, veluti propter cura-
tionem morbi, vel propter contagionem, quam cæteri
metuunt, tunc ejusmodi testis cæteris manentibus dimitti
potest, dum tamen testis officio functus sit l. 8. C. de
testam.

E

testam.

ST. IV. 38

testam. Quod si circa testem vel testes incidat casus, cuius refectione longiori temporis spatio indigetur, & salus testatoris pericitantur immineat, tunc ille vel illi testes, circa quos tale quid evenit, separari debent, & alius vel alii surrogari, cui vel quibus omnia exponenda sunt, quæ eius vel eorum præsentiam antecesserunt, priusquam ad ultiora procedatur. d. l. 28. C. de testam.

65. V. Requiritur ut uno eodemq; contextu testamentum fiat, nec extraneus actus ullus intermisceatur; §. 3. Instit. de testam. l. 21; §. uno. ff. qui test. fac. pos. l. 21. in pro. & §. 2. C. de testam. d. Constit. Maximil. d. anno 1512. Si tamen extraneum aliquem actum necessitas valetudinis vel naturæ expressit, & constat eum, naturæ brevem esse, veluti si cibus aut potus vel medicamentum ægroti testatori præbeatut, vel naturæ necessitas, puta depositio superflui ponderis incidat, aut morbus comitalis, actus e jussu modi extraneus testamento nihil nocet l. 28. C. de testam. allegata Constit. Maximil. Et cum contractus omnes à testamento sint alieni, ideo nec in testamento celebrari possunt l. verba 20. ff. de verb. sig. l. hæredes palam 21. §. fin. ff. h. t. l. cum antiquitas. C. eod. l. duos reos §. fin. ff. de duo. re. const. l. hac consultißima C. de testam. Clar. §. testamentum quæst. 75. Dispositio tamen de contractibus in testamento fieri potest, imo & ea quæ per contractus expediuntur, nonnunquam etiam per testamentum constituuntur, non ut contractus, sed ut ultima voluntas, ut assignatio libertorum, & pignoris constitutio §. fin. Instit. de assig. liberto. l. assignare 7. ff. de assig. lib. l. non est mirum. ff. de pig. act. Vigl. ad §. sed cum paulatim n. 4. & 5. Instit. d. test. ordin.

66. VI. Te-

66. VI. Testamenti scripti & nuncupativi requi-
sum commune est, ut testamentum perficia-
tur. Nam si quis testamentum præparaverit, decebat
autem priusquam de ultima sua voluntate coram testibus
testetur, testamentum illud ne quidem vim Codicillorum
obtinet l. ii. §. i. ff. d. legat. 3. Et si testator in nuncupati-
vo testamento ante testationem supremam obmutescat,
magis cœpisse quam fecisse testamentum intelligatur.

67. Deniq; requiritur, ut hæres instituatur.
Hæredis enim institutio basis & fundamentum testa-
menti dicitur §. 34. Inst. delegatis. Et quod anima est in
homines, idem hæredis institutio in testamento. Nam
ut homo sine anima, ita testamentum sine hæredisinsti-
tutione subsistere non potest, & inutile, dicitur testamen-
tum, in quo nullus hæres scriptus est. §. 2. Inst. de fideic.
hæred. l. i. §. fin. ff. de vulg. & pupill. subst. l. fin. de jur.
Codictll. l. 30. de lib. & posth. Sed de hæredis institutione
in seq. disput. juvante Deo agemus.

68. Peculiaris solennitas requiritur in
testamento Cæci. Hic enim præter septem testes
Notarium sive Tabellarium, vel hoc deficiente octavum
testem rogare & in omnium præsentia causam convoca-
tionis exponere debet, postea tabellarius vel octavus te-
stis, coram reliquis septem testibus ex ore cæci volunta-
tem illius ultimam excipere, vel, si antea conscriptra sit,
coram testatore & cæteris testibus clarâ voce recitare, il-
liq; recitationi cæcus testator suam testationem de ultima
istac voluntate subjicere, nec nomina hæredum tantum,

verum etiam ejus conditionis, Was Würden / Standes
oder Besendes / sint, singulatè exprimere jubetur. De-
niq; omnes subscribere & subsignare hoc testamentum
jubentur. l. hac consultissima 8. C. quic test. fac. poss. & d.
Const. Maximil. I. d. anno 1512. §. Aber zu eines Blinden
Testament: Doctores tamen casus quosdam referunt, qui-
bus cæci testamentum consistere volunt, etiamsi nimia-
hæc solennitas observata non fuerit, de quibus vide Me-
noch. l. 4. præsumpt. 6. Hæc de communibus testamenti
scripti & nuncupativi requisitis.

69. Propria solennitas & requisitum substan-
tiale testamenti scripti est Scriptura, unde etiam
nomen habet. Debet autem integris literis, non notis te-
stamentum scribi l. 6. §. ult. ff. de bon. poß. Novel. 107. c. 1.
auth. quod sine C. de testam. Qua autem materia scriba-
tur in tabulis aut chartis membranisve, nihil refert, dum-
modo legi possit. §. 12. Inst. de test. ordin. l. 1. in pr. l. 4. ff.
de bon. poß. sec. tab. l. 15. C. de testam. Nec interest tempo-
re testationis vel multo ante testamentum scribatur. l. 21.
in pr. vers. in omnibus C. de testam. l. 11. §. 1. de legat. 3. ut
nec illud refert, à quo testamentum vel nomen hæredis
adscriptum. Novel. 119. c. 9. Adeo, ut etiam à servotam
proprio quam alieno scribi possit, l. 20. ff. qui test. fac. poss.
Cum tamen antea Justiniano placuerat, ut propter testa-
mentorum sinceritatem per manus testatoris vel testium
nomen hæredis exprimeretur, à quo postea recessit in
Nov. 119. c. 8. auth. & non observato eo. C. de testament. | &
constituit, ut per cuiuscunq; manum nomen hæredis ad-
scribi posset, modo persona, quæ testari vult, legendi, scri-
bendiq; peritiam habeat l. 29. C. de testam. d. Const. Maxi-
mil. d. anno 1512. §. Item es gehörig zu einem jeden. Potest
etiam

etiam pluribus codicibus seu exemplaribus testamentum fieri §. 13. Inst. de testam. ordin. modo in omnibus illis necessariæ solennitatem adhibitæ d. §. 13. & omnia exemplaria eodem tempore scripta & subsignata fuerint l. i. §. 6. de bon. pos. sec. tab. Hoc ut fiat, non tantum utile, sed interdum etiam necessarium est, veluti si quis navigaturus, & secum ferre & domi relinquere judiciorum suorum contestationem velit: vel propter alias innumerabiles causas, quæ humanis necessitatibus imminent d. §. 13. Inst. de testam. ordin. Nec necesse est ut testes contenta testamenti sciant, l. 21. in pr. §. 3. Inst. de pupill. substit.

70. II. Testamenti scripti peculiare requisitum est, ut testator nomen suum præsentibus septem testibus subscribat, §. 3. Inst. de testam. ord. l. 21. pr. vers. dum tamen l. 29. C. de testam. vel si literas ne-
sciat, aut morbo impeditus ipse scribere nequeat, adhibe-
bit octavum testem, qui ejus nomine subscribat, l. 21. pr.
& l. 29. C. eod. Si tamen totum testamentum manu testa-
toris sit conscriptum idq; parte quadam testamenti sic
adjectum, non necesse erit, alia ejus subscriptione, qua
declareret testamentum suum esse, l. cum antiquitas §. 1. C.
de Testam.

71. III. Requiritur, ut testes omnes & singu-
li proprio chirographo se subscribant,
§. 3. Inst. de Testam. §. pen. ff. qui test. fac. pos. Subscri-
ptio autem hæc continebit, quis & cuius testamento sub-
scriperit & subsignaverit, veluti P. Mævius testamentum
Titij rogatus subscripti, meumq; sigillum apposui, l. pen.
ff. qui test. fac. pos. Si tamen testamentum in eo loco fiat,
ubi septem testes qui legere & scribere possint, non in-
veniantur.

veniantur, eo casu litterarum periti pro imperitis præsen-
tibus tamen subscribere possunt. l. ult. C. de Testam.

72. IV. Requiritur, ut testes omnes signa-
cula testamento apponant, §. 3. Instit. de test. ord.
Uirum testes autem annulo signatorio tantum, vel alio
quodam instrumento, quo signare soleant testamentum
subsignare debeant, quæritur. Justinianus in §. possunt
autem s. Instit. de test. ord. & Ulpianus l. 22. §. 5. ff. qui
test. fac. pos. annulum præcisè requirunt. l. 12. C. eod. Duar.
ad tit. quæ test. fac. pos. Cujac. 14. obs. 11. Dissentit Donell. 6.
com. 8. Verum hæc sententia hodie in usu amplius non
est. Teste Mynl. add. §. 5. de Test. era. Facit etiam hoc d.
Constit. Maximil. d. anno 1512. §. Die Form & §. Es mö-
gen. Ibi mit gewöhnlichen Siegeln bezeichnet werde. Et uti an-
tiquitus ipsa testium signacula lino, id est, filo ex lino
facto, ter per foramina traje cto apponi testamento sole-
bant, ita & hodie hoc modo sæpe testamenta obsignan-
tur, & cuius coloris filum istud sit, expreßè testatores in
testamento meminisse solent, l. 1. §. ult. & pen. ff. de bon.
pos. l. pen. C. de Testament. Cujac. 14. obs. 11. Eleganter hic
quæritur, si quis quasdam solennitates scripti testamenti
adhibuisse, quasdam vero omisuisse, an testamentum, si
non ut scriptum, saltem ut nuncupativum valere possit.
Affirmativa placet, modo testamenti nuncupativi solen-
nitates non omiserit. Nemo enim præsumitur eam eli-
gisse viam, per quam supremum ipsius subvertatur judi-
cium, l. 3. ff. de test. mil. Gædd. constit. 28. n. 44. vol. 3.
fol. 300. Sed contra omne testamentum præsumitur so-
lenne atq; validum. Mischard. de probat. concl. 1353. Quam
ob causam vulgo traditum est, si quædam videantur te-
stamento favere, quædam contradicere, prævaleant, quæ
favent,

ſavent, & in dubio pro testamento potius, quam contra illud pronuntiandum l. 10. pr. ff. de inoff. test. Quod etiam eo caſu verum eſſe putamus, cum expreſſe teſtator per ſcripturam teſtari ſe velle dixerit cum Gerhard. de teſtam. n. 99. Non enim ex proposito teſtatoris, ſed ex regulis iuriſtatuendum eſt, an teſtamentum habeat formam perfectam, nec ne l. 4. ff. qui teſt. fac. poſſ. l. nemo poſteſt. 55. d. legat. l. l. 6. de ſolur. l. 14. C. de teſtam. And. Gerb. d. l. ubi undecim rationibus hanc ſententiam conſirmat. Non tamen neceſſarium eſt, ut omnes teſtes teſtamenti aperiū tempeſe ſigilla ſua re cognoscant, cum nonnunquam ante teſtamenti publicationem nonnulli mox moriantur. Ideo ſufficit ſi teſtes preeſentes teſtentur de manu vel ſigillo abſentis vel mortui, argt. l. fin. C. de edict. Div. Hadriani toll. l. 1. in fin. l. 4. 5. 6. ff. quemadmo. teſt. aperiantur. l. 2. C. eod.

73. Propria Nuncupatiui teſtamenti ſolemnitas eſt, quod teſtator viva & clara voce ultimam ſuam voluntatem preeſentibus teſtibus declaret, §. ult. Inſt. de Teſt. ord. hoc teſtamentum à ſcripto duobus modis diſtinguitur. 1. Quod abſq; ſcriptura fiat. d. §. final. omissis ſubſcriptionibus & ſubſignationibus. 2. Quod clara & articulata voce palam fiat, ut à teſtibus de ſingulis teſtamenti capitibus clarè exaudiri poſſi. l. 21. in princ. ff. qui teſt. fac. poſſ. l. final. d. l. Codicill. l. 21. §. 2. C. de Teſtam. Conſtit. Maximil. promulg. Colon. 1512. Interdum etiam teſtator ultimam voluntatem in ſcripturam redactam vel ipſe vel per alium coram teſtibus legit, non facto ſuper eo publico instrumento: vel adhibito notario coram teſtibus expreſſe quidem nominat hæredem, & poſtremū ſuum judicium profert, chartam ve
in

in qua testamentum ipsius scriptum est, Notariò dar prælegendam, eumq; simul rogar, ut hanc ejus supremam voluntatem in publicam scripturam, seu publicum instrumentum redigat. Hoc modo factum testamentum non desinit esse nuncupativum argumento l. 4. d. Pignorib. Schneidvv. in §. sui Inst. d. Test. ordin. Hic modus hodiè frequens est in usu, nec opus est testes iterum sistere, nec morte ipsorum corruit voluntas, instrumento notarij plenè semel probata, gloß. in l. 2. pr. & ibi Bartol. & Dd. ff. Quemadmodum testam. aperi. d. Consil. Maximil. de anno 1512. §. Und sollen die Notarij & §. seqq. Formula ejus modi testamenti nuncupativi est apud Schneid. d. loco. Quæritur hic, an quis nuncupativum testamentum ad alterius interrogationem facere possit. Affirmativa placet Bocero. Clas. 3. disp. 2. lib. 33. secutus Menochium de Præsumpt. part. 2. lib. 4. præsumpt. 8. Zasium. Consil. 3. n. 37. Surdum Consil. 414. Molinaum Consil. 44. n. 6. & Consil. duorum Doct. Lovaniensium, Quod est Consil. 32. inter Consil. Molinais Quod tamen DD. traditione magis, quam juris civilis autoritate nititur.

74. Agendum jam de testamentis minus solemnibus, in quibus prædictæ solemnitates, vel omnes remissæ sunt, vel quædam ex illis.

75. Hic primò se offerit testamentum militis, in quo solemnitates nullæ requiruntur, quemadmodum enim alijs in causis militibus concessa sunt privilegia, ita etiam hoc privilegium illis datum est, ut quoquo modo velint, absq; omni juris solemnitate testamentum condere possint. l. 1 l. 15. §. 1. l. 24. ff. de testam. milit. l. 6. l. 7. l. final. C. eod. tit. Inst. de testam. milit.

76. Sed

76. Sed num concessum Jure Civili testandi privilegium adhuc hodiè obtineat, & nostris quoq; militibus competit, ita, ut quoquo modo velint, spretis juris solemnitaribus, ultimum elogium condere possint, quæritur: Affirmamus cum Mynsing. s. respons. 46. Gail. 2. Obs. 118. Const. Maximil. edit. Colon. Anno 1512. Modo tamen pro republ. Christiana contra Turcas, & alios Imperij Romani hostes, vel rebelles militent, aut etiam cum consensu Imperij alijs Christianis Principibus imperio non subjectis operam suam præsentent. Colleg. Argent. de testam. milit. th. 3. n. 2. Non tamen quibusvis militibus, & quovis tempore competit hoc beneficium testandi jure militari, sed tantum veris, id est, armatis militibus, qui sunt in numerum militarem relati. l. 4. l. 38. §. 1. l. 42. ff. b. t. l. 1. l. 6. C. eod. & militiæ juramentis obstricti, l. 11. in fine. princ. l. 13. §. 2. ff. de milit. dum actu militant, & in expeditionibus vel castris occupati sunt. Qui ergo militia missus est, post missionem non potest jure militari testamentum facere, sed tantum jure communni, servatis, iuris solemnitatibus in princ. & §. 3. Inst. d. t. Hinc quæritur, num privilegium hoc ad stationarios, praesidiarios (Die auff sonder Vestung vnd Besatzung liegen) limitanos, Die auff den Frontieren liegen/ & eos, qui in hybernis sunt, pertineant? Negativa sententia aliquando in Camera Imperiali obtinuit, teste Gail. 2. Observ. 119. quam etiam sequuntur Obrecht. in disp. 2. de discipl. milit. th. 822. Wesenb. in ff. parat. n. 3. & alij. Horum sententiam sequimur, nisi assiduis hostium eruptionibus exagitentur. Boc. d. 3. disp. 2. th. 60. & in tractatu de jure belli & duelli. l. 1. cap. 28. Cl. Dn. D. Mejerius in disput. digestorum ad tit. de test. milit. th. 3. n. 3.

77. Num porrò omnibus, cojuscunq; sint conditio-
nis, militibus, & in specie, an, si forsan Doctor, Licen-
tiatus, Studiosus Juris, aut alius quis, rerum forensium
Peritus, militiam sequatur, is etiam jure militari testari
Posset, an verò secundum jus commune sibi non incogni-
tum testari debeat, videndum? Dicendum videbatur,
hujusmodi militem jure militari testari non posse, quia ra-
tio privilegij militaris, ut est: Simplicitas & impe-
ritia, pro at eam Imperator in princip. Inst. de test. milit.
adducit, sumptam ex l. 1. ff. de testam. milit. l. 1. ff. de bono-
rum poss. ex testam. milit. nam imperitia non est unica &
solitaria illius privilegij causa, sed præter illam periculum
& occupatio adversus hostem, & illius insultus atendi-
tur, ut patet ex princip. & §. 3. Inst. de milit. testam.

78. Privilegium militibus datum, ut quoquo modo
facta, ab his testamenta rata sunt, ita intelligi debet, ut
utiq; prius constare debeat, testamentum ab eis factum
esse. §. 1. Inst. l. 24. ff. eod. (privilegium enim concessum
alicui actui cum demum intelligitur, si ille actus sit, Myn-
sing. add. §. n. 2.)

79. Hæc militis voluntas duobus constare potest,
vel scriptura vel testibus l. 40. ff. & d. §. 1. Inst. de testam.
milit. Qualis autem fuerit scriptura, nihil interest, literis
integris vel notis, id est, siglis & abbreviaturis conster.
l. 40. ff. d. t. Cujac. 3. Obs. 3. nec illud refert, utrum in
charta, membrana, ligno, coreo, vel quavis alia materia
contineatur. l. 1. in princ. l. 4. ff. de bonorum posses. secun-
dam tabul. Imò si quid miles in vagina aut clypeo literis
sanguine suo rutilantibus adnotaverit, aut in pulvere
scriperit gladio suo eo ipso tempore, quo in prælio vitæ
sortem

sortem derelinquit, hujusmodi voluntatem stabilem esse
oponet, l. 15. C. de test. milis.

80. Nec illud ad rem facit, testes adhibiti in pagano
testamento, testes esse potuerint, nec ne, nam mulieres
& peregrini in militis testamento admittuntur. Obrecht.
diff. 2. de discipl. milit. th. II. n. 2.

81. Sed an testes necessariò & pro solenni forma
in testamento militis, an verò probationis duntaxat cau-
sa adhibeantur controversum est, qua de re, vide Cl. D.
modo all. th. 10. Const. tamen Imperatoris Maximil, re-
quirit, ut miles in castris extra prælium constitutus
duos in testamento suo testes adhibeat, militi vero in
prælio constituto etiam sine testibus testamentum con-
dere permittit Const. Maximil. d. anno 1512. Et illud quæ-
riunt, an miles in dubio præsumatur voluisse testamen-
tum condere secundum jus commune, an vero jure mili-
stari. Hoc affirmamus l. 3. ff. d. t. cum Duar. ad tit. ff. de
test. mil. cap. 3. Cl. Dn. Mejero ibid. th. 13.

82. Testamentum quod miles in castris fecit, non
jure communis sed militari intra annum post missionem
honestam tantum valet, §. 3. Inst. l. 17. §. fin. l. 21. l. 26.
l. 38. l. 5. C. de test. mil. Quod etiam verum est, si post
annum conditio institutionis exiterit, modo intra an-
num testator moriatur d. l. 38. in princ. d. §. 3. Inst. de test.
milit. Plura de testamento militis videantur in colleg. argent.
ff. à Cl. Mejero in instituto.

83. Similiter jure singulari condere testamentum
possunt parentes inter liberos suos l. 21. §. ex imper-
fecto

fecto C. de testam. Nov. 107. c. 1. Quod testamentum inter liberos, si scriptum sit, sine adhibitione testium subsistit, & sufficit, si patens, quid se mortuo inter liberos fieri velit, in schedula comprehendat, eaq; in arca ejus inveniatur, prout est communis Dd. opinio. Auth. quod sine C. de testam. Gail. 2. obs. 112. Fachin. 4. Cent. 1. diss. Cujac. in consultationibus consultat. 1.

84. Circa scripturam testamenti inter liberos constituit Imperator, ut patens literas edoctus manu propria, non siglis vel notis, sed integris dictionibus declareret, & tempus, puta annum & diem & liberorum nomina & numerum five quantitatem unciarum, id est, ex qua parte quisq; hæres instituatur d. Nov. 107. c. 1. auth. quod sine. C. de testam. Harthm. Pist. 1. Quast. 1.

85. Si nuncupativum fuerit testamentum, duo testes (etiam fœminæ) non specialiter rogati sufficiunt, per notata à Gail. d. obs. 112. n. 1. & seqq. Harthm. Pist. 1. Quast. 1. Quo etiam respsit sape allegata Constit. Maximil. 1. de anno 1512. Colonia lata. Quod non eo duntaxat casu verum putamus, ut nonnulli volunt, si liberi æqualiter sint instituti, sed etsi, instituti sint inæqualiter prout probatur l. 10. 16. l. fin. C. famil. hercisc. l. 8. C. de inoff. test. per Nov. de test. imperfect. 107. c. 1. Harthm. Pist. 1. Quast. 1. nisi inæqualis illa institutio magnam læsionem contineat, l. inter filios 11. C. fam. ercisc. Coverruiias in cap. Rainutius. l. 1. n. 3. ext. de testam. Cothman. Resp. 3. & 6. Clarus l. Testam. quest. 14. n. 8. Boër. decis. 240. Exhæredes liberos suos parens facere in hoc testamento jure singulari condito non potest. l. 8. 13. 15. de liber. & posth. Non abs re hic quæritur, an quæ disposita sunt de testamentis parentum inter liberos etiam vice versa valeant in testam. mentis

mentis liberorum inter parentes? Quod negat Dr. Ritschusius in Expositione Nov. part. 6. c. 2. in fin. Ubi pluræ de hoc parentum inter liberos testamento videri possunt. vid. etiam Hartm. Pistor. loc. alleg. Clariß. Mejerius in tit. ff. Qui test. fac. possint th. 25. Boc. cl. 3 disp. 2. th. 62. & seqq. Gail. 2. Obs. 112.

86. III. Jure singulare Rusticis quoq; testamentum condere licet. Si enim ijs in locis testamentum fecerint, ubi septem testes haberi nequeunt, in praesentia quinq; testium in testamentis idoneorum ultimum suum elogium condere possunt: & si scribere quidam ex ijs nesciunt reliqui litterati pro ijs subscribere possunt, l. fin. C. d. Testam. Constit. Maximil. 1. de anno 1512. Tit. Von Testamenten. I. Und sollen vers. Und auff dem Gaw.

87. IV. In testamento tempore pestis condito remissum est aliquid de testamentorum solennitatibus, ut scilicet necesse non sit testes ejusmodi morbo oppressos (ide metu morbi correptos Cl. Mejerius d. t. th 26.) eo tempore jungi atq; sociari, l. Casus 8. C. d. Testam. Sed an etiam numerus testium in hoc testamento relaxatus sit, ita ut coram quinq; vel paucioribus testibus fieri possit? querunt Dd. Negamus d. l. 8. C. d. Testam. Hunnius in Resolut. lib. 2. Tract. 5. Quest. 5. Gilken. ad l. 8. C. d. test. Giph. Donell. ibid. In Cameræ tamen Imper. testamentum coram duobus testibus à testatore peste infecto admissum fuisse commemorat, Gail. 2. Obs. 118. n. 19. & Mynsing. 1. Obs. 96.

88. V. Deniq; testamentum ad pias caussas conditum, in quo testator bona sua Ecclesiæ vel pauperibus relinquit adhibitis duobus tantummodo testibus,

etiam fæminis, non specialiter rogatis subsistere Canonis & Dd. ex privilegio piæ caussæ volunt per cap. Relatum d. Testam. & ibidem Covarruvias. Tiraquell. d. privilegijs piæ caussæ. Boér. Decis. 93. n. 4. & seqq. Fachin. 4. Contr. 3. vers. Quod attinet tertium. Clarus lib. 3. sentent. 9. Testamentum. quæst. 6. n. 2. 3. 4. Sed an ij, quibus non est permisum testamentum condere, testari possint ad piæ caussas queritur? Quod rectè negat Clarus lib. 3. sent. 9. Testamentum. Quæst. 5. n. 2. & seqq. ubitamen exceptionem ponit in filiofamilias, qui consentiente patre ad piæ caussas testari potest per cap. Licet 4. de sepulturis in 6.

89. Tantum de modis quibus Testamenta fiunt ratione nostri instituti attulisse sufficiat. Videamus breviter quomodo Testamenta legitimo modo facta rumpantur vel irrita fiant.

90. Fiunt a. irrita Testamenta vel volente testatore, vel testatore invito.


91. Voluntate testatoris infirmatur testamentum, primo Rescissione quando scil. testator ipse tabulas testamenti sui incindit, rumpit, frangit. l. pen. ff. d. Testam. l. pen. 9. ult. ff. d. bon. pos. secundum tabb. l. 1. 9. sed consulto ff. d. his qui in test. delentur. II. Resignationes si testator ipse signae ejus detrahatur, aut turbetur, etiam si poitea reponere conatus sit. l. penult. C. d. Testam. l. 22. 9. si signa l. 23. ff. d. Testament. III. Deletione si testator ipse scripturam testamenti sui induxit vel obliteraverit, l. 1. 9. sed Consult. & 9. seq. in pr. ff. d. His quæ in test. delen-

delentur, l. i. §. si heres. ff. si tabb. testi. nullae existant. Duarenus
ad tit. ff. d. Injust. rupt. c. s. IV. Posteriori testa-
mento, si illud jure perfectum est, nec interest exiuerit
aliquis heres ex eo an non, hoc enim solum spectatur an
aliquis existere potuerit. §. i. inst. quib. mod. test. infir l. i. 2.
ff. d. Injust. rupt. vel irrit. fact. Sunt etiam casus quibus testa-
mentum prius perfectum per posterius imperfectum rum-
pitur, ut pater ex l. 34. §. i. & seq. d. test. milit. l. 2. ff. d. In-
just. nupt. l. 21. §. 3. C. d. test. ubi Dd. V. Simplici revo-
catione si ea fiat vel coram tribus testibus, vel apud
acta alicujus judicis, & post hanc revocationem decen-
nium præterlapsum fuerit. l. 27. C. d. test. Vasq. d. succes.
creat. lib. 2. §. 17. Requisit. 25. n. 73. Ged. Papa Quest. 200.

92. Invito testatore rumpitur I. Agnatione
sui hæredis, vera vel quasi l. i. ubi Cujac. ff. d. In-
just. rupt. §. i. Inst. quib. mod. test. infirm. II. Capitis
deminutione testatoris, §. 4. Inst. Quib. mod. test.
infirm. d. l. i. ff. d. injust. rupt. maxima & media semper,
non etiam semper minima: miles enim qui de Castrensi-
bus suis bonis testatus est, si se in arrogationem alicui de-
derit testamentum ejus non fit irritum. l. 22. l. 23 ff. d.
testam. milit. nec si emancipatus fuerit filius fam. miles,
infirmatur testamentum ejus de peculio Castrensi factum
d. l. 22. & §. Denig. Inst. d. test. milit. Irritum quoq; fie.
militis testamentum, in militia factum, post annum mis-
sionis, l. 7. ff. d. Injust. rupt. §. 3. Inst. d. testam. milit.
Officio judicis evertitur per querelam inof-
ficiosi,

ficiosi, l. Papin. 8. §. penult. & t.t. ff. d. Quarel. in officio
Jure prætorio rescinditur testamentum honorum
possessione contra tabulas, §. Emancipatos Inst.
d. Exhered. lib. l. cum emancipat. & t.t. d. bonor. posses.
contra tab. Et hæc de Testamentis hac vice
disquisitionis causa attulisse
sufficient.





a inter parentes? Quod negat Dn. Ric-
positione Nov. part. 6. c. 2. in fin. Ubi plura
inter liberos testamento videri possunt. vid.
stor. loc. alleg. Clariß. Mejerus in tit. ff. Qui
. 25. Boc. cl. 3 disp. 2. th. 62. & seqq. Gail. 2.

ore singulare Rusticis quoq; testamen-
et. Si enim ijs in locis testamentum fece-
testes haberi nequeunt, in præsentia
in testamentis idoneorum ultimum suum
re possunt: & si scribere quidam ex ijs
i litterati pro ijs subscribere possunt, l. fin.
usit. Maximil. 1. de anno 1512. Tit. Bon Te-
ind sollen vers. Wnd auff. dem Gav.

In testamento tempore pestis
am est aliquid de testamentorum solenni-
et necesse non sit testes ejusmodi morbo
metu morbi correptos Cl. Mejerus d. t. th. 26.)
ngi atq; sociari, l. Casus 8. C. d. Testam. Sed
erius testium in hoc testamento relaxatus
n quinq; vel paucioribus testibus fieri pos-
Dd. Negamus d. l. 8. C. d. Testam. Hunnius
. Tract. 5. Quast. 5. Gilken. ad l. 8. C. d. test.
bid. In Cameræ tamen Imper. testamentum
s testibus à testatore peste infecto admis-
memorat, Gail. 2. Obs. 118. n. 19. & Mynsing. 1.

Deniq; testamentum ad pias cauſas
, in quo testator bona sua Ecclesiæ vel pau-
uit adhibitis duobus tantummodo testibus,
F 3 . etiam

976

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6

6